Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pensata. Et ceciderunt in medio castrorum
eorum circa tabernacula eorum. Et manducaue
runt & saturati sunt nimis & desiderium
eorum attulit eis. non sunt fraudati a desiderio
suo. Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum & ma
di ascendit sup eos. Et occidit pingues eorum
& electos israel impediuit. In omnibus his peccaue
runt adhuc & non crediderunt in mira
bilibus eius. Et defecerunt in uanitate dies
eorum & anni eorum cum festinatione. Cum occi
deret eos querebant eum & reuertebantur
& diluculo ueniebant ad eum. Et rememo
rati sunt quia ds adiutor est eorum. & ds excel
sus redemptor eorum est. Et dilexerunt eum in
ore suo & lingua sua mentiti sunt ei. Cor
autem ipsorum non erat rectum cum eo nec
fideles habiti sunt in testamento eius. Ipse
autem est misericors & ppiciuus fiet peccatis
eorum & non disp̃det eos. Et abundauit ut
auerteret iram suam & non accendit omnem
iram suam. Et recordatus est quia caro sunt